



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Locato & Conducto. Consilium CCCXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

316. Ad evidenciam vol. 3. non potest conveniri personali, reali, vel hypothecaria actione. Quod in extraneo possessore indubitarum est; cum etiam id plerique illi permittant, ut si bonæ fidei fuerit, hoc est, si de emphyteusi seu canonis solutione conscientiam nullam habeat, adversus directum dominum usucapiat seu præscribat directum dominium decem vel viginti annis, Franc. Balb. in tract. de præscript. quarta principalis 4. part. q. 8.
21. Quod si proponatur de questione adversus caducitatem, seu jus avocandi, ob non solum canonem, præscriptio locum habere non potest. Est enim in facultate directi domini, num velit uti iure commissi, seu caduci, an illud quandoque cumque dissimulare. Neque enim quia usus non est quadriaginta vel pluribus annis, si modò pensiones exegit vel recepit, postea oblata occasione & excitata ac declarata voluntate uti prohibetur.
22. Quæ enim meræ facultatis sunt, hoc est quæ formaliter posita sunt in expressa & libera voluntate ejus, qui in emphyteusim dedit, ut est jus avocandi rem emphyteuticam ob non solum canonem, d. l. 2. in verb. volenti, præscriptione ullo tempore tolluntur, Glos. pen. in c. Vt privilegia de privileg. & ibid. An. de Burzio. Nam cum durante solutione canonis, daret quoque jus emphyteuticum, quia ex ea causa solvi præsumitur, uti superius dictum est; consuevens quoque est, ut adhuc salva sit potestas avocandi ob cessationem in solutione: quia hæc poena ex legis dispositione obligationem, & necessitatem solvendi comitatur, seu ei subordinatur, d. l. 2.
- Ad postremam questionem, an scilicet quia hi fundi ad plures, & diversos successores pervenerunt, qui divitum illos possident, canonis exactio & solutio facienda sit, pro viribus ex æquo; an verò ab unoquoque eorum peti possit integer canon seu pensio? paucis respondemus, * quod cum, ut prius dictum est, hoc onus solvendi pensionem sit reale, quemcumque qualicumque rei possessorem sequatur; & quemadmodum emphyteuta pro parte solvere non potest invito domino, Cast. in l. Quidam existimaverunt si cert. pet. Matth. de assist. decis. 153. Venditur domus; ita nec ejus successores possunt. † Et ideo fit, ut uno
24. heredum in solutione partis suæ cessante, quoad omnes res emphyteuticæ committatur, l. inf. in d. l. 2. nu. 59 quod indicium est ab uno solidum canonem peti posse. Ex quibus omnibus, quæ ad thema propositum adduximus, satis intelliget Venerabilis Dominus Decanus, quo iure nitatur casus propositus; ut si ve malit fundos prædictos ob cessationem solutionis à possessoribus avocare; si ve canones cessos & cadendos persequi, eligere possit; tam adversus omnes conjunctim, quam singulos fundorum prædictorum possessores.

De Locato & Conducto.

SUMMARIUM.

Emphyteusis.

1. 3. 7. Emphyteuticus contractus quomodo à censuali distinguatur.
2. Censualis contractus in quo consistat.
4. Pensio quid significet.

5. Censualis potius quam emphyteuticus contractus præsumitur.
6. Donari non potest, ut res aliquo casu ad donatorem revertatur.
8. Emphyteuticus contractus quis propriè dicatur.
9. In dubio verba accipi debent ut minus noceant.
10. 12. Commissum an locum habeas in emphyteusi Ecclesia concessa.
11. Rendum relato ablatum successoribus restituendum.
13. Restitutio in integrum conceditur adversus caducitatem.
14. Quadriennium petenda restitutioni præfixum ignoranti an curat.
15. Ecclesia restitui potest adversus lapsum quadriennii.
16. Emphyteusis an committatur tacente hereditate.
17. Pensionem recipiens dominus remittit caducitatem & sui expellendi.
18. Investitura tenor semper attendendus.
19. Investitura prior mutari non debet.
20. Investitura nova qualitas adici potest.
21. Geminata prævalent.
22. Clerici & religiosi gaudent privilegio incolatus.

CONSILIUM CCCXXXV.

PRIVIS QUAM ad questionem pro parte Reverendissimi D. Episcopi Middelburgensis propositas respondeamus, extra propositis, sed tamen rei propositæ planè necessarium est, ut inquiramus, quis sit hic titulus, quo olim authores Abbatis & monasterii Middelburgensis, à Capitulo S. Salvatoris Traiectensis, mensuras decimarum controversas acceperunt: magna etenim pars questionum propositarum inde dependet. * Nam quamvis pro emphyteusi accipi videatur ab his, qui questiones istas conceperunt: verius tamen est, vel censualem fuisse, vel saltem non emphyteuticum eum contractum, quo prædictum Capitulum ante ducentos annos has decimas alienavit. Exiguas etenim illius, quod annuè pro istis decimis præstatur, non patitur ut emphyteusis sit: in hac enim licet minus præstetur, quam in locatione & conductione temporali, Alciat in l. 2. Si cert. petat. l. 1. & ibi Iason in prim. C. De iure emphyt. præstatur tamen quod dignum emolumentum habet, & mercedi seu pensioni, quæ in locatione præstatur, proximè accedit; ideoque etiam pensionis nomen retinet, DD. in d. l. 1. * Magis ergo est, ut sit census, seu censuali contractus, qui in exiguitate annuæ præstationis aliquot denariorum plerumque constituitur soler, c. Constitutus De relig. domib. prout omnes literæ quoad has mensuras, de quibus controversatur, particulas de paucis denariis loquuntur. † Subest autem inter alia hæc distinctio, ut pensio in emphyteusi sit pro recognitione directi domini apud concedentem permanentis, l. 1. & 3. & utrobique l. inf. C. De iure emphyt. census verò pro recognitione domini à concedente accepti, Barr. in l. 1. §. 1. de public. & regulab. Innoc. & alij in d. c. Constitutus Bald. in tit. de pace Constantia in gloss. verb. persolvere factum. Eoque respicit quod in quibusdam literis Petrus Geronci (à quo primordium suæ acquisitionis dicti Abbas & Conventus habuerunt) certificet se liberam proprietatem funditus vendidisse, quam venditionem sic factam Capitulum suis literis sub onere

sub onere certorum denariorum confirmavit. Eodemque pertinent etiam alia litera Capituli, quæ loquuntur de his mensuris simpliciter & perpetuo possidendis: & quod in nullis literis fiat mentio vel emphyteusis vel directi domini.

Neque in contrarium urget, quod in omnibus fere literis fiat mentio annuæ pensionis pro obtentu harum mensurarum præstandæ. † Nam quamvis in artis vocabulo *pensio* propriè ad emphyteusim perineat, uti diximus, sæpe tamen per abulum ponitur & usurpatur etiam pro censu, tam in legum seu in canonum verbis, d. c. *Constitutus* & ibi *Glossæ* & *DD.* quàm in hominum contractibus: ita ut non tam verba, quàm rem intueri oporteat, l. *Infulam de præscriptis verb. Bart. in l. 1. c. De iure emphyt. cum etiam, quod magis est, verbo emphyteusis contingat interdum contrahentes aliter pro censu seu censuali contractu. *Mar. Socinus conf. 266.* In causa quæ vertitur nu. 5. vol. 2. Cum ergo natura & materia huius contractus longius ablit ab emphyteusi, & propius ad censualem contractum accedat, censualis potius dicendus est & pensio, quæ inde præstatur, verius census. † Sic generaliter in dubio contractus potius censualis, quàm emphyteuticus præsumitur; ut minore onere res apud quemque sit; & in obscuris, quod minus est, assumatur, *Albert. in l. 2. c. De iure emphyt. Natta conf. 3. Pro habenda nu. 2. & 3. vol. 1.**

Sed nec hoc curandum, quod in plerisque literis addatur parva emissio harum mensurarum, si in festo S. Laurentii pensio non solvatur: nam cum hoc expresso pacto conventum est, ad informationem seu extensionem contractus censualis referendum est; non ad aliam speciem contractus: cum etiam in venditione lex commissoria adijci possit, d. *De lege commiss. †* nihilque vetet rem ita donari, ut aliquo non servato, res ad donantem revertatur, l. *Quoties c. De donat. qua sub modo l. Falege c. de cond. obcas. dat. Pacta enim quæ contractui non repugnant, extrinsecus adijci possunt, & adiecta naturam vel speciem contractus non mutant, l. *Pacta conventa de contr. empt.**

Constituto quod hic contractus non sit emphyteuticus, sed censualis, aut concessio ad reditum, aut libellarius contractus, aut alius innominatus; facilius erit progressus in resolutione questionum propositarum. Nam quod ad primam ainet, dicimus jus caducitatis aut commissi ob non solutos denarios, in genere hic non esse considerabile: † hoc enim differentia iterum est inter censualem contractum, concessionem ad reditum, libellarium contractum aut aliud innominatum seu superficiarium contractum; & inter emphyteusim: ut quamvis in emphyteusi jus caducitatis & commissi sit, hoc est, quod emphyteuta Ecclesiæ biennio, c. *Potius de locat. & conduct. emphyteuta hominis privati triennio, l. 2. c. De iure emphyt. non solvente canonem seu pensionem cadat ab emphyteusi, & res emphyteutica ad directum dominum revertatur; in censuali tamen aliisque similibus concessionibus ad annuam aliquam præstationem, jus caducitatis seu commissi non fit, etiam si censuarius, libellarius, & similes censum seu pensionem mille annis non solverint: sed remanet domino cedenti tantum*

Conf. Wam. Tom. 11.

actio ad petendos præteritos census. *Gloss. d. c. Constitutus, Imola in c. Ad audientiam de reb. Eccles. non alienandis, Andr. de lser. in c. 1. §. 1. de controver. inter dom. & emptor. feudis, l. 1. in d. l. 2. nu. 41. c. De iure emphyt. Decius conf. 146. pro tenni in princ. & confil. 164. Non fuisse in princ. Socinus d. conf. 266. nu. 8. Carol. Molin. ad consuet. Paris. tit. 2. ad rub. nu. 22. & 43. Sic ut eo respectu Capitulum solummodò fundatum esset ad petendos census retropræteritorum annorū, negligentia Abbatis novissimè defuncti, aut administratorum, Abbatia vacante non solutos. Quod ipsum servatur generaliter quotiescunque ex forma contractus simpliciter & specificè dici non potest, contractum seu concessionem, quæ res abalienata & sub præstatione annua concessa est, esse contractum emphyteuticum, *Albert. in d. l. 2. vers. Quid de questione & ibi Lason nu. 42. Ut generaliter jus caducitatis & commissi non habeat locum, nisi in emphyteusi propriè sumè accepta; * in quâ inter cætera hoc requiritur, ut dicatur in emphyteusim concedi, Molin. d. tit. 2. ad rub. nu. 37. & 43. quo deficiente, vel in censum, vel in libellariam vel annuam præstationem in genere concessio declinabit; & in dubio quidvis potius quàm emphyteusis esse dicitur, Ioan. Fab. in l. 1. c. De iure emphyt. l. 1. in d. l. 2. nu. 42. Molin. d. nu. 43.**

Nec in contrarium urget, quod literæ recognitionum habeant adiectum diem solutionis, videlicet Beati Laurentii: nam hoc non est factum ad inducendam caducitatem; sed tantum ad demonstrandum diem solutionis, qui semper necessarius est in quacumque annua præstatione; in quâ tamen, exceptâ emphyteusi, jus caducitatis, ut dictum est, non obtinet.

Sed nec illud movet, quod in literis de duabus mensuris, & triginta tribus mensuris ubique; & de viginti mensuris, atque de quinque mensuris post annum 1375. dicatur, solutionem hanc faciendam esse in S. Laurentii festo pro obtentu harum decimarum: nam obscuritatem habent hæc verba, nec quid sibi velint, satis percipi potest: ita ut in obscuro, non possit in illis constitui vis, aut clausula seu conditio caducitatis vel commissi; sed potius causa præstationis. Ut scilicet hic sit horum verborum sensus, ut tot denarii in festo S. Laurentii solvantur sub obtentu, hoc est pro obtentione ac retentione decimarum. Iam verò constat causam præstationis per se non facere ad constituendam vel inducendam caducitatem, aut commissum; sed vel formalitatem contractus emphyteutici; vel formalem & apertè expressam conditionem seu legem caducitatis in ipsa concessione conventam: * In dubio enim verba ita accipi debent, ut minime noceant, & minus onus, minoremque servitutem inducant, l. *Semper in obscuris, l. Semper in stipulationib. de reg. iur. c. Ex parte. de censib.* Quod manifestius deprehenditur ex illo, quod in antecedentibus annuis renovationibus concessionis viginti mensurarum, atque item quinque mensurarum, hæc clausula sub obtentu non sit inserta; sed simpliciter dictum & expressum, de præstanda annua pensione in festo S. Laurentii; sic ut sine aliquo mysterio, & sine speciali aliqua operatione huiusmodi verba postea addita esse dici debeant;

G cum

cum alio fine adijci non potuerint, ut mox dicemus.

- Pressius urget, quod in omnibus relevijs seu renovationibus post annum 1427 quibus hæc tres mensurarum particule, uno relevio, una renovatione ac recognitione, atque unis literis relevatae semper fuerunt, omisiss seu potius mutatis verbis, *sub obtentu*, substituta & addita sint hæc verba, *sub amissione*: in ijs quippe nulla est dubitatio, quin jus caducitatis & commissi statuatur; ut quod non inest ex communi natura contractus, inesse videatur ex pacto hoc informante. Cæterum quanta sit vis in his verbis, in secunda questione dicemus; in qua de potestate hujusmodi mutationis quaritur; an videlicet triplex illa variatio Domino Abbati & Conventui nocere debeat. Sed in proposita questione dicimus, quod etiam præsupposito, quod hic contractus verè emphyteuticus fuerit; aut quod censualis, aut alterius generis hic contractus ex adiecto pacto informante periculum caducitatis in se contineat; Reverendissimo Domino nihilominus satis consultum sit, * ex eo, quod etiã in contractu emphyteutico ex quorundam sententia, *lean. Andr. in d. c. Potuit & in d. c. Constitutus*, periculum caducitatis non perinde sit in ecclesia rem in emphyteusim à privato vel Ecclesia tenente; ut est in emphyteusi, quam laicus obtinet. Etsi enim propter naturam contractus damnum caducitatis patiatur Prælatus, qui in negligentia vel recusatione solutionis est, *Bald. in l. Placet. nu. 3. C. De sacros. Eccles. Ant. de Butrio in d. c. Constitutus nu. 27.* effectus tamen caducitatis non est perpetuus, nec durat ultra vitam Prælati, cujus negligentia vel culpa in commissum venit res sic amissa; sed eo mortuo restituitur Prælato sequenti, ne Ecclesia præjudicium patiatur ex negligentia Prælati. * Eoque exemplo constitutum est secundum ex quacunque culpa Prælato ablatum, sequenti Prælato restitui, *c. 1. §. item si clericus & ibid. Andr. de l.erna de Capit. lu. Conrad. 1.* Et quamvis hæc sententia communis improbetur, *las in d. l. 2. nu. 48. Host. panor. Imola in d. c. Constitutus*; & par constituitur privati & Ecclesie censuarij, seu emphyteutæ conditio; quia scilicet non tam ex præntia hæc caducitas prosiluit, quam ex contractu, *Bald. in d. l. Placet, Car. Rum. consil. 110. Visa concessione nu. 2. vol. 1.* hoc tamen omnes admittunt, sequentem Prælatum seu Ecclesiam, adversus negligentiam prædecessoris facile in integrum restitui, *las in d. l. 2. nu. 49. Bald. in l. Pupillorum C. De repud. hered. Rumus d. consil. 110. nu. 7.* etiam adversus aliam Ecclesiam, *l. fin. Ex quib. caus. maiores. Cynus, Bart. & alij in Authent. Quas actiones C. De sacros. eccl. ad instar minoris, cujus jure Ecclesia generaliter utitur, c. 1. c. Auditis & ibid. vanorm. De in integ. rest. Præses in loco à minori ad ecclesiam: quem minorem constat adversus hoc, & alia similia privilegiatoria commissi in integrum restitui, *l. si ex causa §. si in commissum de minorib. las in d. l. 2. nu. 49.**
- Quam restitutionem nihil impedit lapsus quadriennij à die commissi, *l. ult. C. De tempor. in integ. restit.* quia hoc tempus dici potest Reverendissimo Domino Episcopo ignoranti illam sui prædecessoris, & administratorum vacante Abbatiâ, culpam seu negligentiam non cucurrisse, *Bald.*

in l. Falsam C. Si ex falsi. instrum. Alexand. cons. 89. Visa puncto nu. 10. vol. 2. Rumus d. cons. 110. nu. 8. & ut cucurrisset, petita rursus restitutione adversus lapsum istius quadriennij sibi consulere potest; & sic duplici restitutione causam suam in indubitato constituere, Nam etsi generaliter constitutum sit, *c. 1. De restit. in integ.* quod Ecclesia restitutionem intra quadriennium petere debeat cum læsa est: verum tamen quoque est ex iusta ac probabili causa etiam post quadriennium illam peti posse, *Clem. 1. De in integ. restit. Philip. Franc. in c. 1. nu. 3. & eodem, DD. in d. Auth. Quas actiones.* Quæ causa iustitia ac probabilitas hic non deficit; præsertim ne in damno maneat Prælatus sequens, cuius culpa nulla est; quodque vacante & jacente Abbatiâ, & per novum Abbatem prædefuncti Receptorem hæc negligentia admilla sit, *1. Quamvis enim plerique existiment jacente hereditate, 16 etiam committi posse rem emphyteuticam; qui est quod heredi imputetur, cur citius hereditatem non adierit, DD. in d. l. 1. & ibi corasus nu. 12. in fine.* vacante tamen Abbatiâ seu Prælaturâ id dici non potest; cum non sit in potestate futuri Prælati, quando Prælatus sit, Potissimum in hac Abbatiâ, quæ in hac vacatione per Sedem Apostolicam suppressa, novo Episcopatu incorporata existit. * Sane si, quod in facto non proponitur, præfatus R. D. Episcopus postea solvit pro suo tempore, & dictum Capitulum recepit; nulla omnino potest esse dubitatio, quin expurgato vitio caducitatis, si quod fuit, per omnia salvum sit ei jus in dictis decimarum mensuris: quia per receptionem pensionis, censetur renuntiatum juri expellendi; sive Ecclesia recipiat, sive privatus, *las in d. l. 2. nu. 130.*

In secunda questione illud tantum resolvendum est, an cum quoad viginti mensuras, item quinque alias mensuras in præcedentium annorum literis simplex tantum fuerit facta mentio annue præstationis; & quoad duas mensuras, ac triginta tres virgas adiecta fuerit clausula illa, *sub obtentu decimarum decimarum*; & postea in duabus renovationibus complexim de dictis tribus particulis anno 1375. ac 1391. insequentibus verò renovationibus factis anno 1427 item 1434. item 1436. item 1519 item 1530 & denique 1550. eadem tres particule in unita renovatione, & in unis literis uniformiter conjungantur sub hac clausula, *sub amissione decimarum*; inde præjudicium perpetuum præfato Abbati, & Conventui generatum sit; præsertim quoad viginti & quinque mensuras, quas constat olim simpliciter sub annua pensione concessis fuisse, nullâ amissionis, aut commissorie clausulæ mentione adiectâ. Difficultatem facit, quod tenor investituræ seu renovationis semper attendendus videatur, *Baldus in prælat. Feud. in 4. divis. Tenor etenim investituræ, relevij, aut renovationis, naturam feudi, census, seu alterius cujuscumque concessionis, format, stringit & ampliat, Franc. Curtus senior consil. 49. nu. 38. Memoria; ideoque ab illo non sit facile recedendum, c. 1. & ibi Bald. De duob. fratr. à cap. invest. cum communi naturæ feudorum aliarumque hujusmodi concessionum deroget, d. c. 1. Curtius d. consil. 49. nu. 40. Carol. Main. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 5. num. 84. 1.* Sed ex adverso hanc considerationem inutilem

inutile facit illud, quod communiter traditur, & approbatur, posteriores investiturae seu renovationes ita attendendas esse, si prioribus non repugnent, aut ab his nimium non recedant: hoc enim casu, si vel de primâ concessione, vel antecedentibus relevijs ac renovationibus sub alio tenore facti eo sitet, adjectio vel mutatio in posterioribus facta recognoscendi seu tendanti non nocet: quia aliter posterior loquitur quam prior, cui ob id derogare non debet. Velut si prima concessio sit facta pro masculis ac feminis; non nocebunt feminis posteriores investiturae seu relevia, si in his de masculis tantum fiat mentio, *plur. Decretum consil. 185. nu. 3. In causa, Currius in tract. De feud. parte 2. parte 2. nu. 42.* Praesumitur enim sequens investitura facta secundum conditiones appositas in praecedentibus, si de illis constet, *Paul. Cassren. consil. 44. Circa praesentem casum vol. 2.* sic ut nova investitura, etiam si aliam formam habeat, nihil immutet ex antiqua, *Card. Zabarell. consil. 92. nu. 1. Curr. d. nu. 42.* Ita ut praesumptio sit erroris, quod scilicet investitura vel renovatio posterior sit erronea, & per inadverentiam sic cum augmento dictae particulae, sub amissione decimarum facta, *Decretum d. consil. 185. Bald. consil. 375. vinctus talis vol. 2. Molin. ad consuet. Paris §. 35. nu. 1. & §. 5. nu. 80.*

Ceterum cum nihil vetet in renovatione ex certa scientia, & animo aliter disponendi non nunquam apponi novam qualitatem formam, aut novum onus, *Bald. in c. Imperialem §. in super De prohib. feud. alienat. per Freder. ad cuius observationem Vasallus aut censuarius ejusque posterij deinde reneantur, Zabarell. d. consil. 92. Ruinus consil. 20. Viso privilegio vol. 1. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 2. §. 52. nu. 5.* vehementer veremur ne dicta clausula intelligatur in posterioribus relevijs, seu renovationibus adiecta ex certa scientia & animo obligandi, & ob id difficillimum sit futurum obtinere ut removeatur, & non noceat. Certa scientia causam seu praesumptionem constituentes in tam longo temporis cursu, qui centum annos excedit; toties interea sub eadem forma ac tenore reiteratis renovationibus, † Geminata enim, & multo magis ter quaterque geminata per tam longa & multa temporum intervalia, certa scientia praesumptionem habent. Neque enim praesumi potest, quod in actu toties reiterato error intervenerit, *Gloss. in c. Ex literis De divorc. Alex. in l. 1. c. De errore calenli.* Atque ita eo relabitur res, ut in suprascripta petitione restitutionis integri potissima spes Reverendissimo Domino collocanda sit.

Quibus rationibus etiam adducimus, ut in tertia quaestione dicere debeamus, nullâ esse justam occasionem condicendae pecuniae, quam Domini Abbates praecedentes solito majoris tam in renovationibus quâ annuis prestationibus solverunt per tam longum tempus. Tuetur enim Dominos de Capitulo praedicta immemorialis temporis praescriptio; & quod nulla sit erroris praesumptio, ut jam dictum est, in actu toties & tam aperte reiterato; sed magis scientia, quae generaliter conditionem indebiti avertit & impedit, *l. Cuius per errorem de reg. iur.* Quod certius dicimus ex eo, quod causa huiusmodi augmenti constituitur in aliquo defectu Abbatis & Conventus; ob quem plerumque seu

Conf. Wamel. Tom. II.

da similesque aliae concessionis alterari solent, & alteratae pro novis haberi, *Molin. d. §. 5. nu. 78. & d. §. 52. nu. 5.*

Ad quartam quaestionem dicimus, quod quamvis Bulla Sixtina tantum videatur facere mentionem de civibus Middelburgensibus, & ad eos tantum pertinere: tamen quia generaliter loquitur de omnibus inhabitatoribus & incolis Oppidi Middelburgensis; existimamus usum ejus Bullae quoque concedendum esse praefato Reverendissimo Episcopo & ejus Conventui: quod ibi ordinariam residentiam habeant, * & praeterea generaliter verum sit, quod in favorabilibus (quale est hoc privilegium Sixtinum de non trahendo in jus extra Oppidum in prima instantia) appellatione civium & incolarum contineantur etiam clerici, monachi, & alij exempti, *c. bullae & ibi DD. De foro compet. Alexan. in l. 3. §. si in publico de novi oper. nunt. Lud. Romanus consil. 62. Florentina nu. 9.* Cum ergo in rescripto per dictum Capitulum ad hoc specialiter imperato, nulla sit expressa vel implicita derogatio hujus privilegii; consilium est, ut Reverendissimus Dominus Episcopus eo utatur idque vel excipiendo de hoc privilegio coram Decano Metropolitano Iudice delegato; vel per inhibitionem: quam poterit facere unus Executorum in Bulla Sixtina nominatorum; totum tenorem dictae Bullae inhibitioni inferendo. Quo fine eadem Bulla, si nulli dictorum Executorum eorum qui nunc vivunt praesentata fuit, praesentanda erit; & per eum processus desuper fulminandus.

De Locato & Conducto.

SUMMARY.

Emphyteusis desertio.

1. Emphyteuta quibus actionibus conveniatur.
2. 8. Emphyteuta an emphyteusim de jure possit.
3. 9. Feudum resutari potest.
4. Emphyteutica obligatio individua est.
5. Emphyteusi ad plures pertinet an qui pro parte sua solvit, alij non solventibus, non incitat in communium.
6. Posseio rei hereditaria inducit praesumptionem successionis hereditariae.
7. Possidens tempore sententiae condemnari debet in rei vindicatione.

CONSILIUM CCCXXXVI.

OMNIS defensio, quâ Joannes Gillis hujus causae Reus adversus Priorem & Monasterium de Croixalens Afores utitur, in eo consistit, quod non sit fundorum, ratione quorum redditus duorum modiorum filigini petitur, possessor; demonstrato alio possessore eorundem D. Henrico Gillis patris suo pro una parte; & pro reliqua parte allegata & satis, uti videtur, probata aliorum desertione. Ceterum existimamus id Afores intentionem non retundere. Nam ex instrumentis per partem agentem exhibitis constat, quod Monasterium anno 1442. & 1452. has terras successivè in emphyteulum seu locationem perpetuam dedit Henrico Gillis ejusque heredibus, pro dicto redditu (id enim indicant haec Gallica verba dictis literis

G 2

inserta,